



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 56. Sfondrati Cardinalis extrema.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

cima Maji Anno Christi millesimo quin-Sæcul. XVI.  
gentesimo quinquagesimo Neviaci ad A.C. 1550.  
Ligerim apoplexia tactus obiit, post-  
quam quinquagesimum secundum æta-  
tis suæ annum expleverat. Corpus e-  
jus primo Joinvillæ, ac demum apud  
Franciscanos Nanceii terræ inandatum  
fuit.

## §. LVI.

*Sfondrati Cardinalis extrema.*

**Q**uintus erat Franciscus Sfondratus *Ciac. p. 700.*  
Anno Incarnationis Dominicæ mil- *Aubery &c.*  
lesimo quadringentesimo nonagesimo *Ughel. l. c.*  
quarto Cremonæ natus ex Joanne Ba- *Ant. Mar.*  
ptista per celebri jurisconsulto, ac Ludo- *Camp. hist.*  
vici Sfortiæ Mediolanensis Ducus Sena- *Cremonens.*  
tore, necnon ex Margarita Homodei.  
Ipsem quoque Franciscus non modo  
Mediolanensis Senator, sed etiam Ca-  
roli V. Cæesaris Consiliarius ab eo-  
dem Senas, ut Senenses inter se dissili-  
dentes placaret, mittebatur, quo in mu-  
nere sibi gloriosum Patris Patriæ nomen  
emeruerat. Postea uxorem duxit An-  
nam Antonii de Vice-Comitibus, ac  
Somæ Toparchæ filiam, ex qua præter  
quatuor filias, quæ sacrarum Virginum  
Familiis fese dicaverant, duos suscepit  
Filios, Paulum & Nicolaum, quorum  
hic postea in Papam electus Gregorii  
**XIV.**

Sæcul. XVI. XIV. nomen assumpsit. Cum autem ha-  
A. C. 1550. rum prolium Mater eundem Nicolaum  
eniti haud posset, quin ex ejus ventre  
partus exscinderetur, & illa paulo  
post moreretur, Franciscus ejus Mari-  
tus sacræ militiæ nomen dedit, ac Ro-  
mæ Paulum III. Papam accedens ab eo-  
dem Sarnensis Antistes, ac demum A-  
malphitanus Archiepiscopus renuntia-  
tus est. Interfuit etiam in Germania  
Pontificis Legatus comitiis Spirensibus,  
simulque Carolo V. Cæsari pacem nuper  
cum Francisco I. Galliarum Rege ini-  
tam gratulatus est, eodemque, quo ibi-  
dem morabatur, tempore a Papa die de-  
cima nona Decembris Anno Domini  
millesimo quingentesimo quadragesimo  
quarto Cardinalis tit. SS. Nerei, ac Achil-  
lei nominabatur; mox vero ex Galliis  
Romam reversus a summo Pontifice ru-  
brum galerum accepit, ab eodemque  
Papa Legatus ad Cæsaris aulam decre-  
tus promulgando edicto *Interim* pro  
viribus restitit, quamvis oleum & ope-  
ram perderet. Præterea Perusina Le-  
gatione functus Cremonæ in patria sua  
Episcopus salutatus est, parumque ab-  
fuit, quin mortuo Paulo III. eidem in  
Pontificatu succederet: electo autem  
Julio III. ad Cremonensem Episcopatum  
reversus ibidem eodem anno Salutis no-  
stræ millesimo quingentesimo quinqua-  
gesimo

genuo die trigesima prima Julii animam Sæcul. XVI.  
Deo reddidit, in sua Cathedrali Eccle- A.C. 1550.  
sia sepultus. Vulgabatur Venetis lite-  
ris quoddam hujus Cardinalis poema,  
cui titulus: *De raptu Helenæ.*

## §. LVII.

*Ambasiani Cardinalis obitus.*

**D**enique sextus inter eos, quos sacrum *Ciac. p. 707.*  
Purpuratorum Collegium hoc an- *Frixon, Au-*  
no luxit, erat Georgius de Ambasia *bery, Ughel,*  
natione Gallus, ac celebris Cardinalis *loc. c.*  
itidem Georgii de Ambasia Rothoma- *Sanmarth.*  
gensis Archiepiscopi, primique Franciæ  
Ministri Nepos. Is Patrem habuit Jo-  
annem de Ambasia Dinastam de Bussy  
Normanæ Provinciæ Proregem, Ma-  
trem vero Catharinam de sancto Belino,  
ex quorum connubio pariter procreati  
fuerant Godefredus Cluniacensis Ab-  
bas, Jacobus Ambasianus Dynasta, &  
Joannes Episcopus Lingonensis. Ha-  
buit Georgius jurisprudentiæ Magistrum  
percelebrem Philippum Decium, qui  
eidem suum *de rescriptis* commentarium  
nuncupabat. Primum ille fuit Ecclesiæ  
Rothomagensis Canonicus, postea The-  
saurarius, & Archidiaconus, Abbas Do-  
lensis, ac denique Rothomagensis Ar-  
chiepiscopus. Defuncto Patruo hujus  
urbis Archipræsule a capitulo Cathe-  
drall'